h ¶ Cū id nō impetrasset. i. nō petisset, z nō accepisset. dz eñ a pretore sic petere: Dñe pmitte mihi vt possim cōuenire patrem vel patronū meum: vt colligit. j. de pe. te. liti. §. fi. z. ff. de in ius vocan. l. iij. z. iiij. §. j. Illud etiā quero an hec postulatio venie debeat fieri in psonis oim qui in ius vocari nō possunt: q̄ enumerātur. ff. de in ius vo. l. ij. z si nō fiat, q̄ cadat in penā: Quidā dicunt q̄ sic. Nos q̄ nō: qz hec pena in cū tñ statuit g incidit in edictū. at ille psone in edicto nō cōtinent: qđ maxime ꝓbat ex hoc. §. Aliter tñ puto eos puniēdos, put placuerit iudici, ad filitudinē istorū[s]. Sz nunqd hec petitio hodie est correcta: vt qz habēt hodie liberti ius natalium z regeneratiōis: vt in aut. vt liber. dece. §. j. coll. vj: Rñ. nō: qz z ibi reseruant iura patronis: maxime obsequialia, q̄ natura debent. Supiora quātū ad libertū plana sunt. Jn filio distingue. aut erat emācipatus, aut in ptāte. si emancipatus erat: habēt locū supiora. si vero in potestate, tūc nec cū venia nec sine venia pōt cōuenire patrē: vt. C. de in ius vo. l. fi. z. ff. de act. z obliga. l. actiōes. nisi pro castrēsi vel q̄si castrēsi peculio: vt. ff. de iudi. l. lis nulla. z tūc cū venia: vt. ff. de in ius vo. l. adoptiuū. §. j.[b] z hoc cū agit cōtra patrē. Si aūt cōtra extraneū, tūc fm vetera iura tñ quinq; actiones filiofamilias cōpetebāt: vt. ff. de act. z oblig. l. filiusfamilias. z. l. in factū actiōes. Sed hodie oēs veniētes ex aduentitia causa: vt dixi. s. p quas pso. no. acqr. §. j. Itē q̄ro qs iurabit de calūnia cū filiusfamilias in iudicio erit: Rñ. si filiꝰ emācipat[y] petita venia patrē cōueniat, iurabit filius si maior est: alias curator ei dabit ad litez: vt in aut. vt licē. ma. z auie. §. j. in fi. col. viij. si aūt sit in ptāte patris, z agat castrēsi vel quasi castrēsi peculio: tunc iurat filius: cū paterfamilias habeatur: vt ff. ad Macedo. l. ij. Si vero esset minor, daret curator liti, nō psone: cū sit in potestate: vt. C. de cura. furi. l. fi. in prin. z de bo. q̄ libe. l. fi. §. si aūt pro patre. Si aūt cōtra extrancū agat filius: si agat pater eiꝰ nomine, pater iurat: vt. C. de iur. calū. l. ij. §. qđ obseruari. Si filius forte patre absente: vel fm veteres. ll. in quinq; casib⁹: vel fm nouas in oi aduētitia causa iurat filiꝰ: cū suo nomine agat: z maior est: si modo pater in aduētitijs nō hz vsumfructū: alias pater ageret z responderet z iuraret: vt. C. de bo. ma. l. j. in pn. vbi vero filius iurat: licet pater nō habeat vsumfructū, dz pater cōsentire filio agenti z respōdēti: vt. C. de bo. q̄ lib. l. fi. l pn. Additio. De isto iuramēto vltra hanc glos. vide p glos. ij. §. quod obseruari. C. de iura. calum.

i ¶ Jtē aduersus eū. scz datur actio in factū penalis: vt ecce cū vocarē Titiū in ius qui tenebat mihi actione tēporali: dū esset in itinere, detinuisti eū vi: vel capiēdo eū per psonā: vel faciēdo dolo vt aliꝰ eū detineret: z tātū, q̄ dies actiōis mee exiuit. teneris eñ mihi quāti iurauero in litē. z sic est actio penalis ex parte mea: qz vltra rei veritatem forte iurabo. z ex parte tua: qz das mihi aliqd: z tibi nihil adest: vt. ff. ne quis eū qui in ius vo. vi ex. l. pe. §. j. Super hoc. §. primo quero: cū duo sint tituli: vt. ff. ne quis eū qui in ius vocat, vi ex. z alius titu. de eo per quē factū erit. de quo fit mētio in hoc. §: Rñ. de primo: qz inde oritur actio ex vtraq; parte penalis, vt dictū est: sed ex alio est penalis ex parte rei tñ: cū ad interesse actoris deb⁹: vt. ff. de eo per quem factū erit. l. fi. j. rñ. [i] Jtē primus de quo fit mētio hic, cōsulit actori tñ: vt ptz in. l. j. z. iij. §. eximere. At secūdus cōsulit z vocato, nō solū vocāti: vt. ff. de eo per quē factū erit. l. j. §. fi reus. in fi. z. l. fi. j. rñ. [k] Jtē primus hz locū qñ aliqs exempt[y] est ante satisdationē, z post in ius vocationē: sed scōs post satisdationē scz factā iudicio fisti, z alias q̄ firmant iudiciū: vt. ff. de pacto. stipu. l. j. in princ. Et ptz hec differētia ex ordine illorū titulorū. Jtē primꝰ qñ vi exemptus sit quis. at secūdus etiā si sine vi: vt ptz in. l. j. §. fi dolo. de eo per quē factū est. z titu. ne qs eū qui. l. j. z. ij. in fi. [l] Vel satis dici potest q̄ de vtroq; hic loquit: qz hz duo sint illi tituli: tñ de vno edicto sunt. Jtē z q̄ dicat penalis actio etiā illa que ex vna parte tñ est penalis. Super hoc. §. scdo q̄rit: Nōne per cōuentionē solā etiā iure veteri ppetuabat actio: vt. ff. de act. z oblig. l. cōstitutionib⁹. nō solū p noua iura: vt. C. de prescrip. xxx. an. cū notissimi. z. l. sicut: Rñ. hic nō per executorē, sz per suā denūciationē eū cōuenerat[m]. Vel verbū quasi positū in. d. l. cōstitutionib⁹. asserentiue ponitur, nō similitudinarie: z sz hoc hodie esset correctū qđ hic dr. Vel dic[n] q̄ talis fuit quētio in illa. l. cōstitutiōib⁹. q̄ pro lite cōtestata habebat: vt qz actio erat tpalis, z libell⁹ fuit pncipi dat⁹: vt. C. qñ li. pn. dat. lit. cō. fac. l. j. z. ij. Vel dic fm Joā. q̄. ll. veteres circa psonales actiōes loquūtur: vbi nō ppetuātur per executorē: sed lex illa cuz notissimi. z. l. sicut rē. loquunt in reali. vñ adhuc etiā hodie nō corrigit qđ hic dr. Additio. Hāc etiā ipugnāt doctores: qz dicta. l. sicut. et dicta. l. cū notissimi. loquunt tā in psonalib⁹, q̄ i realib⁹: sz Jasonē.

¶ Libellus in actione in factum contra eum qui debitorem ꝛc.

¶ Preterea datur actio in factū contra eum qui debitorem alicuius vocatū in ius, vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipse liberaret eum a temporali obligatiōe qua obligatus esset. et datur in ipsum actio inquantum actor iurauerit in litem contra ipsum: vt. ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi exi. l. presertim. §. j. Et formatur libellus in hūc modū: Dico ego a cōtra b, q̄ ipse debitorem meū in ius vocatuz, vi detinuit quo min⁹ in iudicio cōparet, vt ita liberaretur debitor actione qua mihi tenebatur. vnde proponendo actio. in factum cōtra ipsum b, peto eundem b, quantum in litem iurauero, mihi condēnari. Et causa istius actio. est: Quia vi exemit a iudicio meum debitorem: z ita actio. qua mihi tenebatur, liberatus est. quam causam sufficit proponere loco actio. Eodem modo formatur contra eum qui procurauit vt alius eximeret. Sed quid si non vi, sed alio modo procurauit quo minus veniret? Dic q̄ tunc habet locum actio in factuz que procedit ex eo edicto, Per quem factum erit quo minus in iudicium veniret. z datur ad interesse actoris: vt. ff. de eo per quem fact. erit. l. fina. j. rñso. Et hec est differētia inter hanc actionē z superioreꝛ que descēdit ex eo edicto, Ne vis fiat ei ꝛc. Et in vtraq; eodem modo formabis libellū: sed in pma facies mentionē de vi: in scda nequaq;.

k ¶ Jnnumerabiles. imo numerari possunt: sed dicuntur innumerabiles, quia de facili nō possunt numerari: vnde dicitur nō posse fieri quod cum difficultate fieri potest: vt. ff. de verbo. sig. nepos proculo. Enumera ergo aliquas, vt est actio in factum de calūniatoribus: de qua dicetur. j. §. quadrupli. Jtem actio quod metus causa. Jtē furti manifesti. Jtem serui corrupti in dupluz. de quibus dicemus. j. eo. §. oēs autem actiones. Sunt et alie in factum: vt de effusis z ejectis, z de appēsis: vt. ff. de his qui deiec. vel effu. l. fi vero. §. pretor. Et alie multe sunt quas enumerare non expedit. Accursius.

¶ Preiudiciales autem ꝛc. ¶ Casus. Supra dictum est q̄ sub materia pretoriarum multe sunt diuisiones. Quedam eñ sunt actiones pretorie in rem: z quedam in personam. Pretorie autem in rem subdiuiduntur: quia quedam sunt penales: z quedam nō penales: sicut iam. s. dictum est. Modo redeundum est ad alterum membrum diuisionis prime pretoriarum: scz ad pretorias in rem. z de illis scire debetis q̄

[a] Et in hoc q̄ actio l. fa. cētū delicendēs ex edicto de q̄ in isto. §. sit mere penalis ex parte actoris et rei: dz voc. antiqui tenuerit ptra gl. tñ Joā. fa. z alij doct. moderni tenēt cū glos. vt per Bar. in. l. j. ff. de eo per quē fa. ct. l Jsta approbāt cōiter doc. m Jsta gl. reprobatur q: hec materia [illegible] tur quādo de iudicialī authoritate: imo tuta maioris iudicis fuit citat⁹. l. iij. §. j. ne qs eū qui. n Displicet Ja. z est de mente aliorum.

Actiones penales fere sunt multe.

Universidad de Deusto

betis ꝙ realiū actionū pretoriarū quedā sunt preiudiciales: de quibus hic tractat: ⁊ quedā nō preiudiciales, de quibus dictū est supra. Exponit Justini. tria exẽpla in isto. §. in honore sancte trinitatis de actionib⁹ pretoriis preiudicialibus. Primū exemplum est de actione in rem, per quam queritur an aliquis sit liber vel seruus simpliciter. Scōm exemplum est in actione per quam vendico te in libertum meū. hec eñ actio est pretoria ⁊ realis ⁊ preiudicialis. Tertiū exemplum est in actione qua te dico filiū meum esse ⁊ heredem: et vendico te in filiū: tu aūt ecōtra viriliter te defendis. hec eñ actio sil'r est realis ⁊ pretoria ⁊ preiudicialis. Scire tamen debetis ꝙ vna istarum trium actionum fere legitimam habet causam. i. fere est ciuilis: illa scilicet qua queritur an aliquis sit liber vel seruus. Cetere autez due bene sunt pretorie. hoc dicit. Fran.

¶ Libellus in actionibus preiudicialibus.

¶ Hic loquitur de preiudicialibus actio. Et primo videndum est de illa qua queritur an aliquis sit liber, vel seruus: ⁊ habet locum quādo aliquis vendicat sibi in seruum eum qui est in potestate et possessione libertatis: vel quando is qui est in potestate seruitutis, vendicat sibi libertatem. In primo forma sic libellum: Dico ego a contra b, ꝙ licet ipse b sit in possessione libertatis, est tamen seruus meus. vnde vendico ipsum in seruitutem, ⁊ peto eundem mihi adiudicari. et econtra si b sit in possessione seruitutis Titij, sic formabitur libel. Dico ego b cōtra c, ꝙ licet ipse c me possideat in seruitute, siue in libertinitate: liber tamen sum. vnde vendico me in libertatem: et peto me liberum pronunciari: et ipsum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. ¶ Item forma sic libellū in illa preiudiciali qua queritur an aliquis sit libertus, vel ingenuus. Dico ego b contra c, ꝙ licet sit in possessione ingenuitatis, tamen est libertus meus: vnde vēdico ipsum in libertum, siue in libertinitatem: ⁊ peto ipsum tanꝙ libertum meum mihi adiudicari. et econtra si c a b possideatur vt libertus, proponetur sic libellus: Dico ego c cōtra b, ꝙ licet possideat me vt libertum, tamen sum ingenuus: vnde vendico me in ingenuitatem, ⁊ peto me ingenuum pronunciari: ⁊ ipsum, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. ¶ Item in illa preiudiciali qua queritur an quis sit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a cōtra b, ꝙ licet ipse sit in possessione sui iuris, tamen filius meus est: vnde vendico ipsum in filium, et peto eum in filium mihi adiudicari. Econuerso sic formabitur libellus: Dico ego b cōtra a, ꝙ licet ipse possideat me in filium, tamen dico me non esse filiū eius: vnde vendico me in propriam libertatem, ⁊ peto me non filium eius iudicari, ⁊ ipsum, ne me impediat vti ꝓpria libertate vt extraneum, mihi condemnari. Iste autez actio. dicuntur preiudiciales vt hic, quia preiudicant omnibus alijs actio. vel questio. siue criminalibus, siue ciuilibus, quia primo queritur ⁊c. vt. ff. de ori. iur. l. j. ij. et ij. et. ff. de ordi. cog. per totum.

a ¶ Preiudiciales. Pro cōstanti ponit ꝙ he pretorie sunt: cū in tractatu pretoriarū ponātur. ⁊ sunt in rē: qr res petitur ⁊ vēdicatur. Añ querit quare nō posuit has supra inter reales ptorias? Rñ. qr[a] quedam de eis est ciuilis: vñ eius occasiōe ⁊ de ceteris hic dicere reseruauit. et sunt tres. Prima est per quā querit an aliqs sit liber, subaudi vel seru⁹. Scōa an aliqs sit libert⁹, subaudi vel ingenuus. Tertia est de partu agnoscēdo: per quā querit an qs sit fili⁹ vel nō: vt oia consequatur q̄ fili⁹ a patre cōsequi dz. Alis aūt agit de partu agnoscendo ꝓpter aliména trñ: ⁊ tūc filiatiōi nō preiudicat: qe summatim q̄rit: vt ff. de libe. agno. l. j. §. Julianus. ⁊. l. siqs alij. §. si vel parēs. et. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. l. si iudex, lz videat cōtra. C. de ord. cog. l. ij. §. fi. sed dic vt ibi. Sed dicūt quidā, et male, ꝙ trñ due sunt: et de duabus primis faciūt vnā hoc modo: an aliqs sit liber. i. ingenuus vel libertus. et hec vna. Aliā vero de partu agnoscēdo nō mutāt. Sz prima opinio verior est: cū sit cōmodius singulas causas singulis appellationib⁹ distingui: vt. §. g. mo. test. in fin. §. alio aūt modo. itē qr postea dicit, cetere vero ⁊c. ⁊ ita loquit de pluribus excepta vna[b]. In prima ergo vbi querit sit liber vel seru⁹: dico ꝙ siue seruus agat cōtra dñm, dicēs se esse liberū: siue ecōtra dñs cōtra seruū: ⁊ seruus sit in possessione libertatis: ꝙ hec actio in rē q̄ intenditur, est preiudicialis: vt. ff. de libe. cau. liberis. §. fi. Idē dico siue patronus vēdicet libertū in libertinitatē: siue libertus se vēdicet in ingenuitatē: vtraqz est preiudicialis: vt. ff. si lib. ingenuus esse di. l. fi. in ꝑn. et. §. fi. Intendit etiā hoc casu officiū iudicis: vt. ff. de iureiur. si duo patroni. in ꝑn. ⁊. ff. si lib. inge. esse di. l. j. ⁊. ij. ⁊. ff. de rei vēdi. l. j. §. j. Idē dicas i tertia: vt siue agat pater petēdo filiū in filiationē, vel filius dicat se nō filiū: erit preiudicialis et directa hincinde. Sed quidā dixerūt ꝙ directa datur patrono, parenti et dño: sed illa que datur liberto, filio ⁊ seruo: est ꝙtraria: qō nulla lege cautū inuenitur, lz alie quedā inueniātur directe ⁊ contrarie, vt mandati, depositi, ⁊ files[c]. Sed qualiter formant libelli in his? Rñ. sic. Peto Joannē in filiū meū iudicari, vt mihi patri debitā pestet reuerētiā, et alia q̄ patrib⁹ a filijs debent. ⁊ idez in patrono. ⁊ ertunc lata sentētia alimēta patri ⁊ patrono prestabuntur: vt. ff. de lib. agno. l. siquis a liberis. in prin. et. §. solent, quia sententia pro veritate accipitur: vt. ff. de statu ho. l. ingenuū. Et probatur hec libelli formatio. C. de fideicō. l. j. In seruo ⁊ dño sic. Peto in seruum meum talem pronunciari: qr eum meum dico. Econtra seruus vel libertus vel filius dicet: Peto me non inquietari a titio, qui me in seruum vel libertum vel filium tenet, quia me tali vinculo nō subesse dico: vt. C. de inge. ma. l. diffamari. Uel sic: Peto vt ingenuus, vel liber, vel nō fili⁹ pronuncier cōtra Titiū: qr sic se reiveritas hz. Et differt hec ab ea qua petit pater filium in potestatem ex iure Romano: cum ibi tantum de potestate queratur: hic autem de filiatione; vt ff. de rei vendi. l. j. §. j. ⁊ hic dicitur. Item hec pretoria, vt hic: illa ciuilis. Quibus autem modis filius possit peti, diximus. §. de patria pote. §. tus autem potestatis. Item quare dicūtur preiudiciales? Rñ. ſm quosdam, qr in modum exceptionis proponuntur:[d] ⁊ ita preiudicāt, vt si agas cōtra me hereditatis petitione, ⁊ ego obijciā tibi ꝙ seruus sis defuncti, vel qr ipse defunctus seruus fuit: vt. ff. de peti. here. l. siquis libertatem. tunc non possit esse lis inter nos: vt. ff. de iudi. l. lis nulla. ⁊. §. de oblig. que ex delict. §. hi qui. et facit pro hac sententia. C. de ordi. cog. l. j. ⁊ de heredi. peti. l. liber. ⁊. ff. siquis ingenuus esse dica. l. fi. Alij dixerunt ideo dici preiudiciales, quia sententia lata super his, fit preiudicium omnibus alijs questionibus: vt. ff. de stat. ho. ingenuum. ⁊. ff. de libe. agno. l. j. §. fi. ⁊. l. ij. Sed certe ſm hoc etiā querela inofficio si testamenti dicitur preiudicialis, quia preiudicat alijs questionibus: vt. ff. de inoffic. testamen. Papinianus. §. fi. Sed contra hanc sententiam est. ff. de libe. cau. si seruus. Sed ibi non fuit pronunciatus ingenuus: vel collusio ibi fuit[e]. Uel dic secundum Joan. ꝙ preiudiciales ideo dicuntur, quia omnes alie questiones que interim inter eas personas mouentur, debent filere: vt. C. de ordi. cog. l. l. j. et. ij. et. ff. de lib. cau. l. ordinata. et ad hoc facit optime. ff. de noxa. l. penulti. j. respon. Nisi esset talis causa que ageretur etiam si constaret eum fore seruum: quod est quandoqz: vt. ff. de iudi. vix. Sed secundum hoc cum queritur inter patronum et libertum de libertinitate: non est hec questio preiudicialis, cum alie questiones interim inter eos possint exerceri: venia tamen petita: vt. §. eod. §. et in eum. Sed dic ꝙ ille questiones quiescunt que non competerent si constaret eum esse libertum: vt. ff. de in ius voc. l. sed si hac. §. penulti. ⁊. fina. Item quid si nulla alia questio mouetur: nonne tunc iste dicuntur preiudiciales, cum non habeant cui preiudicent? Azo dicit ꝙ non. Sed Joan. contra. Inspicitur enim aptitudo, quia habilis est esse preiudicialis, sicut Augustus dicitur, licet non semper augeat: vt. §. in rubrica proemij. Item nunquid sunt plures preiudiciales, nisi he tres? Respondeo sic[f], vt hereditatis petitio. nam et tunc cessant omnes alie questiones, donec ista intenditur: vt. ff. de petitione hereditatis. l. siquis libertatem. et. l. diuus. in fi. licet hodie contrarium fit: vt. C. de hereditatis petitione. l. fina. §. j. et. ij. Item quo iure asscriptitij, coloni, censiti, et similes petuntur? Respond. vtili preiudiciali, non directa: et ipsi coloni se petunt in libertatem contraria preiudiciali vtili, non directa. Ideo vtili, quia liberi sunt: non serui: vt in authē. de sanctissimis episcopis. §. asscriptitios. et. §. si seruus. collatio. ix. Item ideo preiudiciali, quia parum a seruis distant quo ad seruitia que facere debent: vt. C. de agrico. et censitis. l. ne diutius. libro. xj. Sed alij dicunt ꝙ officio iudicis petūtur et petunt: vt. C. in quibus causis coloni domi. accusare possunt. l. j. libro. xj. Sed certe officium iudicis non potest locum habere ad futuras prestationes[g], vt. ff. de usur. l. j. Alij dixerunt habere locum negatoriam et confessoriam vtilem: et que datur directa in seruitutibus alijs: hec vtilis hic detur: quod nihil est[h]. Item si quis ad aliqua annua seruitia teneatur: quo iure petitur vt condemnetur vt prestet in posterum, et ipse quo iure petit absolui? Respond. satis puto quod iudicis officio hoc fiat[i]: siue promissa fuerint hec seruitia, siue ex consuetudine debeantur hec seruitia, siue ipsa prestita longo tempore ex promissione petuntur: vt. ff. de usur. l. cum de in rem verso. que promissio probabitur ex longo usu, vt ibi, Additio. Et nota ꝙ verba sententie, condemno te ad soluendum par caponū tali domino omni anno, secundum ꝙ tui anteceſſores fecere: nullam penitus conditionem faciunt, sed condemnandus simpliciter tenetur: vt per Bar. in. l. eum qui. §. Julianus. ij. ff. de consti. pecu. et in extraua. ad reprimendam. in ver. prout.

b ¶ Ex quibus. scilicet tribus preiudicialibus questionibus. Accurſius.

c ¶ Fere. fere ideo dicit, quia in ciuilibus questionibus quatuor considerantur, scilicet actor, reus, iudex, et ipsa res. Hic autem est idem qui conuenit et conuenitur, et res. Uel ideo quia pretor introduxit de partu agnoscendo: ⁊ a senatusconsulto confirmatur.

d ¶ Legitimam. scz de iure ciuili.

e ¶ Liber fit. subaudi vel seruus.

item q̄ iure asscriptitij ⁊c.

d Hec opi. ſm Jaſ. nō est ꝛa: qr q̄ cūqz mō ponant ſẽp sunt ꝓludiciales.

e Hec opi. reputat a doc. deriſoria.

f Imo non ſūt niſi tres capiēdo ꝓ iudiciale l. ꝙtū iudicat pſone. Jaſon. ⁊ eſt de mēte aliorum. Coloni aſſcriptitij. ⁊ filles quo iure petuntur.

g Niſi rōne pñtis iuris. ⁊ dū gl. vt ꝙ nō cō petit offic. iudi. in ꝟ reprobat: qr imo ꝓ iſtis aſſcriptitijs ⁊ cēſitis cō petit offm iudicis.

h Imo Jo. Fa. ⁊ Ja.

i Si alleget tit. efficax Bal. et Pla.

a Iſta rō nō iter reprobat ſm ꝟ deberet poni. §. in tractatu ciuilū: ſic poſt. §. ſed ne.

b Hāc approbāt oēs: qr pluralis locutio nō pōt eſſe cōtēta minori nūero q̄ duobus. l. vbi nūer⁹. ff. de teſti.

c Hec gl. cōiter approbat: licz poſtea ſit ſi ꝑſona ibi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sūmariū.

¶ Sic itaq; ¶ Aduerte diligēter q̄ hic.ſ.difficilis ſic clare pōt ſummari. Actor p re ſua nō pōt intētare actionē perſonalē ad vandū cōtra aliquos niſi ⁊tra fures: ⁊tra quos ois ⁊dictio degenerat. Sic declaro: q; ⁊dictio nō ⁊petit niſi q̄ dñium eſt trāſlatū. ſed in furē dñiū rei ſubtracte nō trāſfert: ⁊ tñ cōdictiōe furtiua ipſe tenet. igit condictio degenerat. Ex hoc habes q̄ nemo pōt ⁊dicere rē ſuā preter q̄ a fure. Uel ſic ⁊ clariſſime ſūmat. Qui ⁊ intētare actionē realē, non pōt intētare perſonalē: cū ſint diſtincte. h.d. ¶ Et diuidi tur iſte.ſ. p̄ncipaliter in tres partes. Primo ponit regulā generalē illatiuā ex p̄cedētibus, ſm gl. ſed ſm doct. epilogatiuā. Scōo ponit vnā falentiā, ibi, Plane. Tertio naturā actionū realiū ⁊ perſonaliū, ⁊ earū differentias, ibi, Appellamus. Jtē p̄ma ſubdiuidit, q; p̄mo ponit q̄dā illatio ſeu epilogatio ex ſupradictis. Scōo ponit rōnes. ſcōa ibi, Nec em̄. ¶ Caſus. Jnter oēs p̄incipales diuiſiones actionū, hec p̄incipalior eſt, ſcz q̄ actiones aut ſunt in rē, aut in perſonā. Nec em̄ diuiſio locū ⁊ in iure ciuili, ⁊ in iure p̄torio. Cū igitur ſuperius dictū ſit q̄ actiones quedā ſunt in rē, ⁊ quedā in perſonā: ⁊ etiā quedā ſunt reales, ⁊ quedā perſonales: ⁊ hoc ſiue ſint ciuiles, ſiue p̄torie: ſic itaq; diſcretis ⁊ diuiſis actionib⁹: ſcz q̄ quedā ſunt in rē: ⁊ quedā in perſonā: neceſſariū eſt naturā vtriuſq; videre. Natura aūt actionis realis eſt vt per eā petat aliq; rē ſuā ſibi reſtitui. Jſta aūt natura realis nō tangit hic, niſi in fi.ſ. quaſi incidenter: vbi ⁊ q̄lis ſit aduerſus eos hec in rē actio, per quā aliq; rem ſuā petat. Natura aūt actiōis perſonalis eſt, vt p eā petat q; rē alienā ſibi dari. Certū eſt ergo aliquē nō poſſe petere rem ſuā per actionem perſonalē, p quā perſonalē dicat aduerſariū dare oportere: q; q̄ meū eſt, meum amplius fieri non pōt. ſed dare eſt accipiētis facere. quare non pōt aliq; agere ad rem ſuam petendā actione perſonali: q; intēdit aduerſariū ſuum dare oportere. Hoc verū eſt cōmuniter loquendo: in quibuſdā tñ caſibus poſſum petere rē meā per actionē perſonalem: vt p̄z in ⁊dictione furtiua. q̄ q̄ em̄ hoc regulariter ſit verum q̄ actione perſonali nō poſſit q; rē ſuā petere: in odiū tñ furti eſt ſtatutum cōtrariū in hoc caſu: vt ſcz ⁊tra fures actio ad petitionē dupli, ſi q̄dē ſit furtū nō manifeſtū: vel ad quadruplū, ſi ſit manifeſtū: cōpetat dño ad rem ſuā recuperandā cōdictio furti: q̄ eſt perſonalis actio: non obſtante q̄ dñs rei eſt, et eam poteſt vendicare. Fran.

Diuiſio.

† Concor. cū ß tex. c. inter dilectos. ante ſi. ibi, cū iura legū. cū gl. ſup ÿb. qō meū. ex de ſi. iſtru. ⁊ gl. in. c. ſi diligenti. ſup ÿ. iuſti. poſt p̄nci. ibi, ⁊ qō meū eſt. ex de p̄ſcrip.

a ¶ Libellus in condictione certi generalis.

¶ Hic tangitur de cōdictione: ⁊ primo dicendum eſt q̄ eſt quedam cōdictio certi generalis que datur p̄o omni eo quod debetur: vt. ff. ſi cer. pet. l. certi. ⁊ in ea forma ſic libellus: Dico ego t contra l, q̄ ipſe mihi debet equū ex cauſa emp. vnde proponendo contra ipſum condic. certi, peto eundem l ad traditionem equi ex cauſa p̄emiſſa mihi condemnari. Eodem modo forma libellus in iſta generali condic. ſi ex aliqua alia cauſa tibi certum debeatur.

¶ Libellus in condictione certi ſpecialis.

¶ Jtem ſunt alie cōdi. ſpāles: vt cōdictio certi ex mutuo: cōdi. certi ex ſtipula. cōdi. indebiti ſine cauſa: ⁊ ſimiles, in quib⁹ formatur libellus ſicut in generali cōdictione: ſed tātummodo in cōdictionib⁹ generalibus aſſignat cauſa: q; alicui nō datur aliqua ⁊dictio ex re ſua, ſed tñ p̄o eo q̄ debetur ex cauſa alia, niſi ex cauſa furtiua. Jlla em̄ p̄o re ſua tñmodo dat cōtra furē, ⁊ ei⁹ heredē: ⁊ eſt ſpāle in ea vt pluribus actio. teneat fur: vt in hoc.ſ. ſic itaq;. ⁊. ff. vſufruc. quēad. ca. l. ſi.

a ¶ Sic itaq; formā hoc itaq; ex illa diuiſione q̄ fit. ſ. e. ſ. i. q. d. dictū eſt q̄ ſunt in rē actiōes, ⁊ q̄ in perſonā. itaq; ſic eis diſcretis. i. ſeparatis ⁊ diuiſis, p̄z q̄ hec regula eſt vera: q; perſonalis actio que cōpetit ad vandū, nō cōpetit p̄o re ſua alicui: vt hic. Jdeo dixi ad vandum: q; ad, tradendū bene pōt dari actio perſonalis: vt cōmodati, depoſiti, ⁊ ſiles. ⁊ ita eſt vis iter dare ⁊ tradere, vt hic ſubiūcit, ⁊. ff. de actio. emp. l. ex empto. in p̄in. ⁊. ff. de verb. obli. vbi aūt. in fine. ⁊. l. ſi rem tradi. et l. nemo. ⁊ qō ſubiūcit ſi apparet. i. q; apparet eum dare oportere. et ita agitur in perſonā, vt aliqd detur. Sz quidā dicūt, vt Jo. q̄ hec verba, ſi apparet eū dare oportere: ſunt nomina cuiuſdam actionis. Accur. Additio. Dic q̄ iſtud qō h̄ dicit gloſ. ſz Pla. nihil eſt dicere, ſz text⁹ vult dicere, ſi apparet. i. ſi agat dare oportere: q; mediū concludendi nō dz eſſe iſtud, ſed ad tradendū vel cōſtituendū: vt dicit gloſ. Ang.

Dare ē accipiētis facere.

b ¶ Oportet. i. oportet q̄ nō detur. eſt em̄ impoſſibile q̄ det, vt ſubiūcit: quia dare eſt accipientis facere: vt ſubiūcit, nec res que ⁊c.

c ¶ Magis. Sed opponitur: pluries deberi poteſt: vt. ff. de excep. rei iu. l. ⁊ an eadem. ſ. actiones. in fi. ſ. ergo pluries dominiuz poteſt fieri meum. Sed non ſequitur. nam licet pluries debeatur, tamen ſemel facta ſua non debet plus fieri ſua: vt ibidem dicitur, ⁊. ff. de acquiren.

Deū amplius meū fieri nō p̄t.

rem odio furis. Aretinus.

¶ Sic itaq;[a] diſcretis actiōib⁹, certū eſt nō poſſe actorē ſuaz rē ita ab aliquo petere, Si apparet euz dare oportere. ¶ Nec em̄ q̄ actoris eſt, id ei dari opz[b]: q; ſcz dari cuiq; id itelligit, q̄ ita dat, vt ei⁹ fiat. nec res q̄ iam actoris eſt, magis[†] ei⁹ fieri pōt. ¶ Plane[d] odio furū, q̄ magis plurib⁹ actionibus teneātur, effectū eſt vt extra pœnā dupli aut quadrupli, rei recipiēdę nomine fures etiā hac actione teneantur, Si apparet[e] eos dare oportere: q̄uis ſit aduerſus eos etiam hęc in rem[f] actio per quaz rem ſuam quis eſſe petit.

¶ Actiones reales competūt ad vendicandum: perſonales vero ad vandum vel faciendum. Et dicuntur abuſiue condictiones: a condicēdo, id eſt denunciando. Aretinus.

¶ Appellam⁹ aūt in rē q̄dē actiones, Uēdicatiōes[g]: in p̄ſonā vero actiones, quibus[h] dare aut facere poſſ. l. iū. ſ. ex plurimis. ⁊. ſ. de leg. ſ. ſed ⁊ ſi rem legatarij. niſi iterum deſineret eſſe ſua: vt. ff. de verb. obli. ſi rem meam.

d ¶ Plane odio. Sed in quo vertitur iſtud odium: Rñ.[a] quia in cōdictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos ⁊ graues viros: vt. ff. de obſe. l. honori. licet nō infamia iuris: vt. ff. de act. ⁊ oblig. l. ceſſat. ſed in rei vendicatione, neq; de facto, neq; de iure infamatur. Jtē multa veniunt in condictione furtiua, que non veniunt in rei vēdicatione: vt quia iteritu rei nō liberatur[b]: ſed in rei vendicatione ſic: vt. ff. de cōdi. fur. l. i rem. ⁊ ideo malum eſt furi q̄ etiaz hac actione teneatur. Jtem ſicut prodeſt alicui plures habere reos debitores, vt. ff. de lib. lega. l. ſi quis decedens. ſ. fi. ⁊ habere plures actiones, vt ff. de leg. ij. cū filius. ſ. varijs. ita ecōtra debet ei nocere ſi plurib⁹ teneatur actiōib⁹: iz etiā nulla alia ſit vtilitas. Jtem nunquid vna tollitur per aliam: Dic q̄ ſic: vt ff. de condi. fur. ſi pro fure. ſ. furti. Accurſius.

e ¶ Si apparet. i. quia apparet eos ⁊c. id eſt dicere, actione in perſonā. Sed videtur hoc ſtare non poſſe: nam certum eſt eum qui agit, dominum: fuiſſe: ergo ⁊ nunc eſt: q; ſine facto ſuo dominium ab eo diſcedere non potuit: vt. ff. de reg. iu. l. id quod noſtrum. ⁊. C. de proba. l. ſiue poſſidetis. ergo non poteſt agere vt ſibi detur quod eſt ſuum: ⁊ tamen hic dicit q̄ ſic. Sed dic relationem eſſe faciendam ad genus, non ad ſpeciem. q. d. ea actione per quam als agitur ad vandum: ſcilicet perſonali. ſed hic non ad vandum intenditur. Et ita eſt mirabile q̄ rem meam per perſonalem actionem peto reſtitui: als contra: vt. ff. vſufru. quemadmo. ca. l. fi. ⁊. ff. de condi. inde. l. ſi vrbana. ſed eſt ſpeciale: vt hic dicitur. Uel dic agi etiam ad vandum: ſcz poſſeſſionē dandam, quam amiſeram per furtum[c]: vt. ff. de acquir. poſ. l. rē que nobis. ⁊. ff. de condi. tritica. l. ij.

f ¶ Jn rem actio. i. rei vendicatio, que p̄o dominio de iure ciuili vel gentium queſito intenditur: vt. ff. de rei ven. l. in rem. Jtem no. q̄ hic ſ. locum habet in quolibet male fidei poſſeſſore aliene rei: non ſolum in fure: vt. ſ. de re. diui. ſ. ſi tamen. ⁊. ff. de condi. triti. l. j. in fi. ⁊. l. ij. in p̄in. [d] Jnterdum etiam contra bone fidei poſſeſſorem datur condictio ratione poſſeſſionis: vt. ff. de condi. inde. l. indebiti. ſ. ſed ſi nūmi. Sed nunquid etiam rem ſuam poteſt quis etiam a non fure per condictionem ſine cauſa condicere, vt. ff. de condi. ſine cau. per totū: Rñ. ſm quoſdam ibi dicitur condictio actio perſonalis: non tamen talis per quam intendatur vt aliquid detur. Alij dicunt q̄ ſi alicubi inueniatur condictio ſine cauſa p̄o re ſua competere: de vtili intelligendum eſt. Additio. Dic ſm Joan. fab. q̄ prima eſt verior: nam per eā non agit dominus ad vanduz niſi contra furem, ſupple ⁊ male fidei poſſeſſorem: vt hic in gloſſa. ſed ad reſtituendum vel forte ad poſſeſſionem agi debet, ſm Ange.

¶ Appellamus autem ⁊c. ¶ Caſus. Jam dicta eſt natura realium actionum perſonalium: quia realis datur ad rem ſuaz perſequendā: perſonalis autem ad debitum. Modo quia de realibus ⁊ perſonalibus dixerat actionibus dominus Juſtini. ad vberiorem earuz doctrinam plus de illis in litera preſenti determinat: ⁊ dicit q̄ appellamus actiones in rem, vendicationes: et ideo vbi in. C. ⁊. ff. tractatur de realibus actionibus: ab illis qui erant legum compoſitores, intitulatur tit. de rei ven. Actiones autem in perſonam, quibus dare vel facere oportere aliquid intendimus: vocamus cōdictiones. ⁊ ita oēs actiones perſonales de mundo condictiones poſſunt dici. ⁊ hoc erat olim conſonum effectui actionis in perſonam: ſed hodie non eſt ita. Jn actionibus em̄ perſonalibus olim fiebant denunciationes: que fiebant per verba ſolēnia in actione perſonali tantum: ⁊ quicūq; cadebat a ſyllaba, cadebat a cauſa. Aliis modis exponitur iſta denunciatio in notula. Sed hodie ceſſant iſte denunciationes: ⁊ propterea vocantur abuſiue actiones in perſonam. h.d. Fran.

g ¶ Uēdicationes. ſiue rerū corporaliū, de q̄b⁹ eſt. C. de rei vē. p totū. ⁊. ff. de rei vē. p totū. ſiue rerū incorporaliū, de q̄b⁹ eſt. ff. ſi vſufru. pet. per totū. ⁊. ff. ſi ſerui. vē. per totū. ſiue ſint directe, ſiue vtiles iſte vendicationes: vt. ff. de publi. per totum. ⁊. ff. ſi ager vecti. per totum.

h ¶ Quibus. ideo dixit quib⁹, q; ſunt ⁊ alie[c] quib⁹ nō intendim⁹ dare facere, ſed reſtitui: vt cōmodati actio, ⁊ depoſiti, ⁊ ſiles: ⁊ iſte nō appellātur cōdictiones in ſtricta ſignificatiōe accepto vocabulo: vt hic dicitur[f]. Uel dic q̄ etiam in actione cōmodati ⁊ depoſiti ⁊ ſimilibus intenditur dari[g] vel fieri, ſcz ipſa detentatio rei: quaſi ipſum factum poſſit quis in ſtipulationē deducere: vt. ff. de verb. oblig. l. vbi autem nō apparet. ſ. qui id. q̄ nō fieret niſi aliquid daretur: cuz ſue rei nulla ſit ſtipulatio, ſed alicuius tantum: vt. ſ. de inuti. ſtip. ſ. j.

a Jſtā gl. ſequit Ja. ⁊ eſt de mēta aliorum.

b Odio furis: q; ſemper fur dz ſi mora: ⁊ morioſus iteritu rei nō liberat. Ja.

c Jſte ſolutiones reprobātur a doctorib⁹. vide hic q̄ eos.

d Dic ſm Jo Fab. q̄ gl. p̄cedit i male fidei poſſeſſore contrectāte rē mobilē: q̄ ſciēter cōtrectando committit furtū. C. q̄ cū eo. l. ſi libertū. ⁊ de fur. l. ſi alienū. ſz ego intelligo generaliter i omi male fidei poſſeſſore q̄ rem aliquā detinet ſciēter ꝯ volun[illegible] q; ꝯ eū pōt cōdici et agi ad vādū. l. ſi quis nec cauſaz. ſ. j. Ange.

e Jſtā gl. tenent Jo. Fa. Placē. Ang. ⁊ Ja. f Hāc approbant docto. q; hic ſemp loquitur ſolū de actionib⁹ q̄ cōperāt ad vandū: ſed iſte de q̄b⁹ in gl. cōpetūt ad reddēdū ſeu reſtituēdū. l. ij. ſ. ſi reddita. et l. ſi vt certo. ſ. rez tibi dedi. ff. ꝯmo.

g Nihil ē. Fa. Pla. et Jaſ.

Universidad de Deusto

a ¶ Condictiones.scilicet appellamus.

b ¶ Denũciare. Dicũt qdã q volebãt aliũ q̃uenire,p̃mo sibi denũciare debebãt:vt argũ.ff.de serui.vrba.pre.l.quidã. Sed hoc nõ placet:q̃ ex volũtate,aut bonitate,vel vrbanitate hoc fit:nõ necessitate. Sed dic[a] q̃ hec denũciatio fiebat p magistratus cũ actiones constituebant vel dabãt:vt.ff. de orig.iur.l.ij.§.olum. quod est hodie sublatũ: vt in fi. huius.§.ór,ꝛ.C. de formulis.l.j.et.ij.

a Idẽ Jo. fr. Pla. ange. ꝛ Ja. et ff sing. fm Bag. ꝛ Ja.

c ¶ Abusiue. vere abusiue dr̃ cõdictio.i. actio in personã: q̃ nõ bene q̃sonat nomẽ rei quã signat qõ fieri debz:vt.ff.de dona.§.est et aliud.

Diuisio.

¶ Sequẽs. ¶ Jste.§.vs q̃ ad.§.quedaz. diuidit in duas partes. Primo ponit vnã sententiã p̃cipaliũ actionum. Scõo declarat eã per exempla. Secũda ibi, Rei persequẽde. ¶ Casus. Dicit glossator,ꝛ male,q̃ hic ponit quarta diuisio. Si enim loquamur de principalib⁹ diuisionib⁹ que tradunt a predecessoribus nostris, nõ est nisi tertia principalis. Prima em̃ fuit hec: Actionũ quedã sũt in rem,et quedã in personã. Secũda fuit hec: Actionũ quedã sunt ciuiles,ꝛ quedã pretorie. Tertia aũt principalis est diuisio ista. Cõnumerãdo aũt subdiuisiones prehabitas cũ principalibus diuisionib⁹, hec est quarta diuisio. Prima em̃ fuit hec, q̃ ois actio aut est in rem: aut in psonã. Scõa hec est: ois actio aut est ciuilis,aut ẽ ptoria. Tertia hec est: pretoriarũ alia in rem: alia in personã. Quarta hec est: ois actio psonalis ptoria aut est penalis,aut nõ penalis. Quĩta hec est: pretoria in rẽ aut est preiudicialis,aut nõ p̃iudicialis. Et hec de qua agimus in presenti,est sexta. Supponendo ergo q̃ sit tertia diuisio principalis: venio ad casum,in hunc modũ. Post duas diuisiones principales de quib⁹.ſ.dictũ est,ponit hic Just.tertiã diuisionẽ p̃cipalẽ,ꝛ est talis diuisio. Inter oẽs actiones de mundo quedã sunt inuente causa rei persequẽde:ꝛ quedã causa persequẽde pene: ꝛ q̃dã miste,tã gratia rei persequẽde q̃ pene. Rei persequẽde causa inuente sunt oẽs reales actiones,ꝛ fere oẽs personales que ex cõtractibus nascuntur: veluti cum aliquis pecuniã mutuã vel in stipulatum deductam petit. Et de hoc etiam potes habere exemplũ in cõmodato et mandato: etiam pro socio: et in actione ex empto et vẽdito: et locato ꝛ cõducto. Personales q̃ ex q̃tractib⁹ nascunt,ideo dixi,ad differentiã illarũ que ex delictis nascũtur. Fere aũt ideo dixi ꝓpter quandam actionẽ personalẽ q̃ ex q̃tractu procedit: ꝛ tñ in quatuor casib⁹ est persecutoria rei ꝛ pene. Hec aũt est actio depositi. Si em̃ rẽ meam penes te deposuerim causa incendij vel ruine vel tumultus vel naufragij: ꝛ postea nõ vis mihi eã restituere,vel dolũ in ea feceris: cõueniri potes in duplũ.h.d. ¶ Videt q̃ ista diuisio sit eadẽ cũ diuisione superi⁹ habita,q̃ est q̃ actionũ pretoriarũ personaliũ quedã est non penalis,ꝛ q̃dã penalis. Frater,nõ est eadẽ. hec em̃ diuisio est in cõtractu ciuiliũ. vñ hic dicit q̃ ciuiles q̃dã sunt penales,ꝛ q̃dã nõ. Prior aũt fuit in cõtractu pretoriarũ,ꝛ sic nõ est vna ꝛ eadẽ cũ altera. Item scire debes q̃ actiones miste dicunt duob⁹ modis. Uno modo dr̃ actio mista que cõtinet rẽ ꝛ penã.ꝛ de tali mistiõe loquitur hic. Alia enim mistura est q̃ quedam actiones dicũtur miste,q̃ sunt in rem ꝛ ꝛ in personam. Et de illa mistione habes.j.eo.§.quedam.h.d. Fran.

d ¶ Sequens. Hec est tertia diuisio actionum in hoc titulo. Accur.

e ¶ Comparate. id est adinuente.

f ¶ Miste. Sed nõne quedã sunt que nullũ horũ habẽt: vt si ago ne quid fiat in loco sacro vel sancto,vel si factũ est,vt tollatur: ꝛ alie similes que neq̃ ad rem,neq̃ ad penam,neq̃ mistim se habẽt,sed vel ad rei reuerentiã,vel ad publicam vtilitatem dantur: Rñ.satis ad rei persecutionem,sc̃z diuine rei vel publice,pertinent: cuius nomine agere videor,vel etiam meo nomine[b],cum cuilibet intersit deũ venerari: vt.C.de hereti.l.iij. Accursius.

b Jsta gl. hñ dicit: et cũ ea transeunt cõsiter hoc. hic. Diuisio.

¶ Rei persequende. ¶ Jste.§.diuidit in q̃q̃ partes. Mã primo ponit de actionibus rei persecutorijs. Scõo de actionibus mistis ex cõtractu descendentibus. Tertio ponit vnã regulã vel summulam in actionibus ex maleficio descendẽtibus. Quarto illud per exẽpla declarat. Primo ponendo de actionibus penalibus. Secũdo de actionibus mistis. Scõa principalis est in versi.plane. Tertia in.§.ex maleficijs. Quarta in.§.penam. Quinta in versi.sed ꝛ legis.

¶ Libellus in actione ex stipulatu.

¶ Hic tangitur de actio.ex stipulatu:ꝛ hec datur quando aliquid incertum promittitur: vt.ſ.de verbo.obliga.in prin.ꝛ formatur sic libel. Dico ego a contra b,q̃ ipse promisit mihi facere domum per stipulationem:ꝛ quia non fecit,propono cõtra ipsum actio.ex stipulatu,ꝛ peto ipsum ad interesse meum (quod estimo.x.) mihi condemnari. Jstius libelli formatio potest elici ex.l.si quis ab alio.§.fin.ff.de re iudi. Et licet nomen actio.non ponatur in libello,sufficit tamen ponere causam,hanc scilicet,quia domum per stipulationẽ mihi facere promisit,ꝛ non fecit.

¶ Libellus in actione commodati.

¶ Item in actio.commodati de qua hic,formatur sic libellus: Dico ego m contra a,q̃ ego accommodaui sibi codicem meũ ad scribẽdum: vnde propono actio.commodati contra eum finito vsu ad quem coder fuit accommodatus: et peto eundem a ad restitutionem codicis mihi cõdemnari. Et erit cã in ista actio.quaz sufficit proponere, hec: Quia accommodaui sibi codicẽ meum ad scribendũ: et vsus finit⁹ est.

¶ Libellus in actio.depositi.

¶ Item in actione depositi,de qua etiam hic, formatur sic libellus: Dico ego t contra l,q̃ ego deposui penes euz Digestuz meum. vnde proponendo contra eundem l actio.depositi,peto ipsum ad restitutionez Digesti mei mihi condemnari. et erit causa in ista act.quam sufficit proponere,talis,quia deposui. Et aduerte q̃ datur in simplũ act.depositi,nisi in his casibus,scilicet quãdo depositum est causa incendij,tumultus,ruine,ꝛ naufragij: in quibus casibus si depositarius inficietur,tenetur ad duplum: vt hic in versi.plane.ꝛ.ff.depositi.l.j. Et formatur sic libellus: Propono ego l contra t,q̃ ego ob timorem incẽdij Digestum meuz apud ipsuz deposui: et quia inficiatur depositum: proponendo contra ipsum act. depositi,peto eundem t mihi in dupluz condemnari. Et erat causa in hac actio.quia deposui apud ipsum rem,ꝛ ipse inficiat⁹ est. Item eodem modo forma libellum quando petit in alijs quatuor casib⁹, sc̃z qñ causa tumultus,incendij,ruine,ꝛ naufragij,depositum est.

¶ Libellus in actione mandati.

¶ Item in actione mandati de qua etiam hic,formatur sic libellus: Dico ego t contra s,q̃ ego sibi mandaui vt emeret mihi equum: et ille suscepit mandatum,sed illud non impleuit: propter quod damnificatus sum ad valorem decem librarum:ꝛ tantuz estimo interesse meum. vnde proponendo cõtra ipsum actio.mandati,peto eundẽs in decem libras nomine interesse mihi condemnari. Jsta enim actio tunc demum competit,quando recipit interesse. ad interesse enim datur: vt.ff.manda.l.si procurator.§.mandati actio.

¶ Libellus in actione pro socio.

¶ Est et actio pro socio,de qua etiam in hoc.§.ꝛ habet locum quãdo societas inter aliquos contrahitur consensu: vt.ff.pro so.l.vt sit. et nascitur finita societate: vt.C.eo.l.tandiu.ꝛ formatur libellus sic: Dico ego t q̃ s et ego iniuimus societatem emendi vinum vsq̃ ad centum libras. vnde cum ipse socius nomine societatis tantũ de vino emerit,peto partem vini deducto capitali mihi adiudicari,et ad restitutionem dicte partis ipsum mihi condemnari. Et erit causa in ista actio.talis,quia contrarimus societatem.ꝛ similiter datur propter dolum vel culpam socij: vt.ff.pro socio.l.nemo.ꝛ.l.sequen.ꝛ.C. eodem.l.iij.

¶ Libellus in actione ex empto.

¶ Item etiaz hic agitur de actio.ex empto: in qua sic forma libellũ: Dico ego t contra s,q̃ ego emi equum ab eo pro.x.libris. vnde proponendo contra ipsum actio.ex empto,peto eundem ad restitutionem equi mihi condemnari. Ex parte autem venditoris petitur sic: Dico ego s contra t,q̃ ipse debet mihi decẽ ex venditione talis equi quem sibi vendidi ꝛ tradidi. vnde proponendo contra ipsum actio. ex vendito,peto ipsum t in illis decem libris mihi condẽnari. Et erit causa in hac actio.talis: Quia vendidi ꝛ tradidi.

¶ Libellus in actione locati.

¶ Est et finaliter actio locati,de qua hic: in qua sic forma libellum: Dico ego b contra c,q̃ ego locaui sibi domum talem vsq̃ ad annuz pro mercede decem librarum constituta mihi et promissa ab eodem c. vnde proponendo cõtra ipsum actio.locati,peto ipsum in decem libras mihi condẽnari. Et econtra conductor proponet hoc modo: Dico ego c contra b,q̃ ego conduxi talem dõmum ab eo pro merce de decem librarum sibi promissarum. vnde proponendo contra ipm actio.ex conducto,peto eundem b vt domum conductam ad habitãdum mihi tradat,condemnari.

g ¶ In rẽ actiões.ſ.q̃ decẽ sunt: vt dixim⁹.ſ.e.§.itẽ Seruiana. Sz certe vr̃ q̃ sunt oẽs penales. nã in eis iurat in litẽ: vt.ff.de rei vẽ.l.qui restituere.et.ff.de in lit.iuran.l.in actionib⁹. Sed dic q̃ illud.ſ.iuramentum in litẽ nõ fit iure actionis,sed officio iudicis: vt.j.e.§.preterea.in fi.§. vnde nõ dicuntur penales. Alij tamen dicebant[c] q̃ ideo non dicebãtur penales,q̃ nõ originaliter illud fit q̃ crescãt per sacramentũ in litẽ,sz ex cõtumacia: vt.ff.de in lit.iur.l.j.et iõ magis attẽdebãt qõ naturaliter erat,q̃ qõ icidẽter. Sz certe actio depositi in quatuor ca-

Juramentũ i litẽ p̃stat i actionib⁹ realibus.

c Idẽ Ange. ꝛ Ja.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibus ab initio est rei persecutoria:et tñ ōr penalis inspecto q̄ crescit ex cōtumacia:vt.j.pri.t.j.eo.§.quadrupli.als.§.at ille.vnde primaz resp̄sionē approbo. Additio. Scōm doc.hec gl.vī aduersari glos. magne posite in.§.penales.in versi.itē aduersus.in p̄n.ff.eo.que videtur cōcludere q̄ ibi illa actio dicatur penalis,qz iuratur in litē.et tñ p̄m eos ꝫstat q̄ illud iuramētū venit offi.iud. sicut in q̄libet alia actione.t dicunt hāc glos.esse veriorem.

a ¶ Fere.fere dicit ꝓpter actionē ex stipulatu per quā pena petitur,nec inspicitur quid interfit:vt ff.de inuti.stipu.§.alteri. fz quosdā.qō est falsū[a]: imo ꝓpter actionē depositi i quatuor casib[9]: vt.j.subiicit. Itē ꝓpter actionē redhibitoriaz,q̄ datur i duplū aduersus vēditorē qui neq̄ pretiū neq̄ accessiones soluit: vt.ff.de edil.edic.l.redhibitoria.

a Qui sbi loquitur ō pena ꝙuentionali: hic de legati. ange.t Ja.

b ¶ Petit actor.ad vtrāq̄ añt[b],scz ad mutuaz t ad eā pecuniā que in stipulatū deducta est, certi condictio datur: vt.ff.si cer.pe.l.siquis certum.t ff.de verbo.ob.in princ.ita q̄ ad mutuum detur condictio specialis de mutuo:vt.ff.qui.mo.re cō.ob.in prin.ad pecuniam deductam in stipulationem detur condictio certi generalis,si certum sit: vt.ff.de verbo.obli.in prin.

b Glos.sequūtur ange.t Ja.

c ¶ Cōducto.sed nonne oēs iste dantur ad interesse etiam qō est extra rē:vt.ff.de ac.empt.l.j.in p̄n.ergo peto aliquid qō tibi nō abest.ergo sunt penales[c].Sed dic tribus modis dici actionē penalē[d]. Primo illa q̄ hincinde est penalis:vt furti t rapine:qñ peto qō mihi nō abest, t qō tibi non adest:t hoc modo accepte dicuntur hic iste nō penales. Secūdo qñ est penalis ex parte vna.s.ex parte rei tñ:qō est vbicunq̄ actoris interesse excedit id qō reo adest.t in hac significatiōe actiones iste dicuntur penales,scz ex empto t rapine:t etiā rei vendicatio,qñ in litē iuratur.Et q̄nspecta persona rei tñ penales dicañt,pbañ.ff.de eo p quē fac.erit.l.j.§.si plures.t.l.fi.t.ff.c.§.penales[c].Tertio ōr penalis inspecta persona actoris tñ:vt si accepisti ab aliquo aliquid vt me accusares per calumniā.nam repeto,licet nihil mihi absit,a te scz cui adest:vt probatur.ff.de calū.l.generaliter.§.illud erit notanduz.

c Dic q̄ illud interesse nō venit iure actiōis/ sed officio iudicz. Fa. ange.t Jo. d Wagistralis glos. fm ang. ḥ. e Istā gl. impugnant Jo.fa.t ia. hic.Est em ridiculū q̄ actiōes hic enūerate et cetere bone fi. ꝓpterea q̄ i eis iuretur in litez sint pēales: p ea q̄ habēt ur.ff. in dicto.§.penales.in glos. magna. in ver. itē aduersus. in prin.

d ¶ In duplum.scz si reus inficietur:vt.j.eo.§.sed furti.Accur.

e ¶ Ipsius.scz heredis.ex dolo em defuncti in simplum tñ: vt.ff.depositi.l.j.§.j.Et ratio quare in his quatuor casibus datur in duplum, t in alijs in simplū,est:qz hic ex necessitate deponitur:nec potuit prouidere apud quem deponeret:vt.ff.depositi.l.j.§.merito.

¶ Ex maleficijs. ¶ Casus. Jā vidistis vnā diuisionem in qua cauetur q̄ actiones aut sunt introducte rei persequende causa : aut pene tñ:aut sunt miste.t de illis que sunt introducte tñ rei persequende causa,iam habuistis:que sunt omnes reales actiōes:t fere oēs personales que descendūt ex cōtractibus. Modo vult trac.de actionibus procedentibus ex delictis:quarū quedā sunt pene persecutorie tñ,t quedā rei tñ,t quedā miste tam pene q̄ rei.t sic prosequitur partes illas prime diuisionis hic posite in.§.sequens illa diuisio. Et primo tractat de actionib[9] ex maleficijs procedentib[9] penā tñ persequentibus.t de hoc ponit vnum exēplū,scz in actione furti.Si em agatur actione furti manifesti ad quadruplū,siue nō manifesti ad duplū,totū duplū vel quadruplū est pena:qz ꝓpter istā actionē cōpetit dominō rei vendicatio ad rem suā vēdicandā,siue ille fur rem suā possideat,siue aliquis alius.t preter hoc datur cōdictio furtiua ꝙtra furē. t sum in versi.vi aūt bonorū rapto. In superioribus dictū est de actionibus descendentib[9] ex delicto que psequunt penā tñ:modo videndū est de illis actionib[9] q̄ pficiscūtur ex delictis,t sunt miste tam rei q̄ pene.Et de hoc ponit duo exēpla.Primū est in actiōe vi bo.rap. q̄ dat intra annū ad quadruplū:t de illo q̄druplo tripluz est pena:et simplū ꝓ rei psecutiōe:t ita est mista,t cōtinet rē t penā.Scōz exēplū est in actiōe.l.Aql.q̄ qñ dat cōtra inficiantē,est in duplū:t vnuz simplū est pena,t aliud ꝓ rei psecutiōe:t ita silr est mista:qz ꝙtinet rē t penā cōtra inficiantē.Et etiā pōt esse mista actio.l.Aquil.veluti si aliqs seruū meum occiderit,qui tpe quo occidebat,luscus fuit,vel aliter fuit ita deteriorat[9],q̄ vilis pretij erat:in anno tñ retro magne estimatiōis vel magni pretij fuerat:tūc cōdēnabit occisor quāti plurimi fuit in anno retro,ex p̄mo capite. ¶ In versi.itē mista.casus est talis.Vidistis.ff.de realib[9] actionib[9] q̄ sunt rei psecutorie tñ:t etiaz de psonalib[9] q̄ descēdūt ex ꝙtractu:q̄ sunt reales fere oēs:t de actionibus psonalib[9] q̄ descēdūt ex delictis,q̄ sunt pene psecutorie tñ:t etiā de actiōibus descēdentib[9] ex delictis q̄ sunt miste:modo intēdo dicere de quadā actiōe psonali q̄ nō descēdit ex ꝙtractu,nec ex delicto,sed est psonalis mista:q̄ descēdit ex q̄si cōtractu:t est mista taz rei q̄ culpe:t de hac venio ad tale exēplū. Quidā testator fecit testamētū:ipe aliqd reliqt alicui ecclie,vl alicui venerabili loco.heres testatoris distulit soluere id legatū, donec in iudiciū vocaret ille heres cōuent[9] actiōe ex testamēto q̄ descendit ex q̄si ꝙtractu,cōdēnād[9] est i duplū.t.h.d.Frater actio ista ex testamēto de q̄ fit mētio i isto.§.descēdit ex q̄si ꝙctu : vt.ff. de obli.q̄ ex q̄si cōtractu nascūtur.Alij voluerūt dicere q̄ psequtur hoc modo materiā suā ichoatā: t q̄ h tractat de delictis: t ꝓpter delictuz est h q̄ ꝙdēnat ad duplū:vcz qz distulit soluere donec in iudiciū euocaret.fz dico q̄ ex ꝓcrastinatiōe t pro mora sua cōdēnat in duplū.vñ dico q̄ descendit actio ista ex quasi cōtractu.h.d.Fran.de Ar.

¶ Libellus in actione furti manifesti.

¶ Ex maleficijs. ¶ Hic tangitur de actione furti manifesti:in qua sic forma libellum:Dico ego a cōtra b,q̄ ipse palam surripuit equū meum.vnde proponendo contra ipsum actio. furti manifesti,peto eundem in quadam summa pecunie nomine pene mihi condemnari.Et erit causa in hac actione quam sufficit proponere, talis: Quia furtū fecit manifestum.Et eodē modo forma libellum in actio.furti non manifesti.sed hec est differentia,quia in prima actio. quadruplum est pena vltra rei restitutionez:vt in hoc.§.in secunda vero,scilicet furti non manifesti,duplum est pena vltra rei persecutionem.

¶ Libellus in actione vi bonorum raptorum.

